Albertus Magnus: Sermones de tempore et de sanctis
Ulm: Johann Zainer, [about 1478-80]




multum auri .i. caritatis inuenit. Uere enim magna fuit caritas q illa dei virtus q firmauit orbem terre qui non commouebitur. sic p nobis est infirmata vt mēbra infantuli assumeret tenerrima. talez quippe desiderauerant eum antiq pres. Vn dicit Ysa. 53. Et nos desiderauimus eum virum nouissimum et scientē infirmitatē. vnd etiā apls ad Heb. 4. Cū gaudio exclamat. Nō habem9 pontificē qui non posset cōpati infirmitatibus nris. Qualez igitur habes o apostole subdit. Temptatū aūt per omnia pro similitudine absq pctō et quid boni nobis ex hoc pueniet sequit. Adeamus g cum fiducia ad thronū eius gre. Modo forsitan aliqs diceret q etiam alibi libenter qreret aurum .i. caritatem pciosam. ppter hoc secūdo in euilath est procedendū. Legit em Gen. 2. In terra euilath nascit aurum et auz terre illius optimū. Euilath interpretat dolens vel pturiens et bene exprimit nobis passionē filii dei. Ibi em vt dicit Ysa. 53. Vere languores nros ipse tulit. et dolores nostros ipse portauit. Et in veritate hic multū auri .i. caritatis inuenit. vn dicit aplus ad Ro. 5. Cōmendat deus caritatē suam in nobis qm cum adhuc pctores essemus xpus pro nobis mortuus est. Ipse etiā ad Eph. 3. flexis genib orat vt sciamus supereminentē scientie caritatem xpi. ibi dicit glosa. Nemo pōt caritatis eius magnitudinez colligere scz q de9 factus est hō. q iustus pro impiis. dns p seruis creator pro creatura morit. Ecce q tm auri inuenit in dolore passionis ihesu q nemo pōt totū colligere. Sed qz forte dicēs q libent haberes aurum alterius gnis. ppterea tercio eundū est in tharsis vn legit. 3. Reg. 10. q classis salomonis ibat in tharsis per tres annos deferens inde auz. Tharsis interpretat exploratio gaudii. Quid igit per tharsis intelligitur nisi curia supcelestis. vbi nature nre thronus eleuatus est in excelsis. vn cantat. In excelso throno vidi sedere virum .i. filiū dei hoiem factum quem adorat multitudo angeloz rc. Uere hic potest magnū gaudium explorari. vn dicit Criso9. Reuera magnū et mirabile et stupore plenum est carnem nram sursū sedere adorari ab angelis et archangelis. Hoc g sepi9 in mēte versās excessum patior magna de gne humano imaginās Uerissime hic plurimum auri .i. caritatis inuenit. dicit enim aplus ad Eph. 2. Deus q diues est in misericordia ppter nimiā caritatez suam qua dilexit nos. cōsedere nos fecit in celestibus in xpo ihesu Cōsedere .i. simul sedere qz vere natura nra deo vnita sedet cū ipso in throno glorie sue. Uere magne caritatis fuit q limuz nrm sibi dei filius cōiunxit et cōiunctum super cherubin et seraphin eleuauit Si imperator romanus sororem alicuius pauperrimi asinarii vel

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0273
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG